

Graduales, nec Penitentiales, neque officium parvum B. M. V. nec defunctorum; que quidem officia, & psalmi sunt onera tantummodo ex precepto implenda in choro; sic refert eruditissimus P. Cavalieri in suis egregiis commentis. tom. 1. part. 2. cap. 46. decret. 4. ubi post multa ad rem doctissime observata sub n. 3. hæc expresse habet hæc indubia cum sint, iisdem conciliari debet decretum, ita ut, dum extra chorum dictorum officiorum nullam obligationem agnoscit, veritatem undequaque habeat relate ad Romanum Clerum; secus ad reliquum, qui in obligatione suæ consuetudinis prestat. Dum vero eadem officia qualifcat onera ex precepto implenda in choro, id verum erit de officio Desipare pro iis ecclesiis, in quibus consuetudo aderat; secus de reliquis officiis, in quorum omissione, uti & officii B. Virginis relate ad ecclesias, quæ ejusdem consuetudinem minime habebant, non nisi concessas deperdunt indulgentias. Dicuntur autem adhuc onera ex precepto implenda in choro, quatenus rubricæ eidem præfixæ, disertis verbis choro demandant eadem: secus extra chorum, ubi posse dici pro temporis opportunitate, dumtaxat asserunt. Hæc ille, qui sub num. 5. subiungit, quod licet plurimi insignes Auctores asserant, consuetudinem in favorem officii B. M. V. in Bulla S. Pii præservatam, non obligare pro peccato, tamen loquendo de tali antiqua consuetudine ante S. Pium V. vult, quod peccati periculo fuerit, & adhuc reperitur obnoxia; secus autem loquendo de consuetudine introducta post Sanctum Pium V., quia censetur potius inducta ex devotione, & causa lucrandi indulgentias, quæ ex animo se sub peccato obligandi, ut recte concludit ipse sub n. 4.

108 Officium B. M. V. tenentur Canonici adhuc recitare, ubi vigeat talis per consuetudo, quia S. Pius V. in dicto consist. ipsam non abstrulit, sed jussit servari, ut observat Fagnan. in cap. 1. num. 35. de celebratione missarum. Immo officium B. M. V. debet dici in choro etiam in Dominicis, si aderat consuetudo; Sac. Rit. Cong. 11. Sept. 1607. apud Gavant in *Mamul. Episcop. verb. Horæ* Canonice n. 17. Et tempore Paschali recitantes officium parvum B. M. V. in choro debent recitare sine addito Alleluja; ead. Sac. Rit. Cong. 28. Martii 1626. Et sic expresse Breviarii Rubrica 37. de officio parvo B. Mariae, & alii n. 2. ibi: *Tempore Paschali in officio parvo B. Mariae, quod dicitur in choro, non additur Alleluja Antiphonis, neque Versibus, nec Responsoriis.* Et hoc ad distinctionem horarum majorum canonicarum. Quod asserendum videtur etiam de aliis precibus, & versibus extra divinum officium, ut in versiculis Sanctorum, & g. Ora pro nobis B. P. Franciscæ, Ora pro nobis B. Antoni, Ora pro nobis B. Didacæ, &c. qui cani solent in novenniis, quæ sunt ad eorum gloriam pro aliqua gratia impetrandæ, sique ipsis non est addendum Alleluja, ut etiam pro versiculo: *Panem de Colo.* Et statuerat Sac. Rit. Cong. in Collen. 5. Jul. 1698. quæ ad dub. An in expositione, & depositione SS. Sacramenti etiam causa devotionis, sit addendum Alleluja ad versiculum *Panem de Colo.* respondit, *negative*; Cui tamen versiculo peculiari ratione addendum esse Alleluja tempore Paschali, & in tota octava SS. Corporis Christi mandavit Clemens XI. die 20. Jan. 1705. & confirmavit, ac innovavit Clemens XII. die 1. Septemb. 1730. ut patet in verb. Eucharistia in *instruptione pro expositione SS. Sacramenti* §. 21.

201 Et non esse addendum Alleluja versibus Precum, etiam in officio, prescribit breviarii rubrica 24. de versibus num. 4. ibi: *Versibus prædictis tempore Paschali semper additur Alleluja; non autem versibus Precum, ut ibidem recte notat Gavantus sequutus à Merati, natu in his attenditur potius ratio humilitatis, & modestiæ, quam lætitiæ.*

111 Congregationes, Religiones, sive ecclesie, vel nationes habentes Apostolicum indultum semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrandi officium de Sanctissimo Sacramento, vel de aliquibus Sanctis in diebus non impeditis aliquo festo duplici, vel semiduplici, non possunt hujusmodi officia facere in diebus Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & Quatuor Temporum, etiamsi in indulto de his diebus nulla sit facta specialis mentio. Nec in diebus, in quibus po-

nendum sit officium de festo duplici, vel semiduplici translati, ut novissime declaravit Sacra Rituum Congregatio, ut sequitur.

DECRETA GENERALIA.

Circa Rubricas.

»Cum Sacrorum Rituum Congregationi demisse supplicatum fuerit sequentia dubia declarare:

Primum. »An cum multis Congregationibus, Religionibus, sive Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit a Sancta Sede Apostolica, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadibus, vel mensibus celebrentur varia officia per annum v. gr. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis, in diebus non impeditis aliquo festo duplici, vel semiduplici, licet ejusmodi officia facere etiam in diebus Sanctæ Quadragesimæ, Adventus, Vigiliarum, & Quatuor Temporum, etiamsi de his diebus nulla sit facta specialis mentio in aliquibus officiorum concessionibus?

Secundum. »An dies impeditis festo duplici, vel semiduplici pro dictis officiis recitandis, intelligantur etiam dies, in quibus ponendum est officium de festo duplici, vel semiduplici translati, quemadmodum dicitur responsum fuisse olim à Sacra Congregatione; quod scilicet festum duplex, vel semiduplex etiam translatum, necnon dies octavæ sit dies impeditus respectu talium officiorum?

Tertium. »An Regulares absque speciali privilegio, seu sola communicatione privilegiorum aliarum Religionum, possint addere nomen S. Fundatoris in Litaniis, & Confiteor, itemque recitare officia, & missas concessas aliis Religionibus:

»Sacrorum Rituum eadem Congregatio ad relationem Eminent. & Reverendiss. Domini Cardinalis Colloredo respondit:

»Ad primum *negative*, & hujusmodi Indulta non habere locum in feriis Adventus, Quadragesimæ, Quatuor Temporum, Vigiliarum, sive cum jejunio, sive absque jejunio, nec in feriis secunda Rogationum, nec in alia feriis, quia secundum Rubricas sit reponendum officium Dominicæ.

»Ad secundum *affirmative*.

»Ad tertium *negative in omnibus.*

»Et ita declaravit, ac servari voluit. Ac insuper ut a declarationes, seu decreta prædicta omnibus innotescant, typis ea imprimi mandavit, die 20. Martii 1706. G. Card. Carpeneus. Loco Sigilli. B. Inghyrami Sac. Congr. Secret.

Habentes indultum recitandi officium de Sanctissimo Sacramento, debent illud recitare, ut recitatur in die ipsa Corporis Christi. Sac. Congr. Rit. in *Aquen.* 18. Junii 1689. ubi inter alia quasita adsunt sequentia cum dictæ Sacre Congregationis responsione.

»Secundo, cum regulares varii sint in assignando quolibet mense lectiones secundi, & tertii nocturni pro hujusmodi officio, quæritur: An constet de decreto ejusdem Sacre Congregationis Rituum, quo utuntur PP. Barnabæ, quod nimirum lectiones secundi, & tertii nocturni semper recitari debeant, pro ut in die solemnitatibus Corporis Christi?

»Ad secundum *affirmative* ex decreto pro ordine Minorum de Observantia emanato die 12. Julii 1664.

»Tertio quæritur: An quando recitatur officium prædictum, missa dici debeat, prout in solemnitate Corporis Christi, & cum sequentia Lauda Syon, &c. vel ut missa votiva de Sanctissimo Sacramento in fine missæ, & an. 2. & 3. Oratio dici debeat, ut infra octavam ejusdem solemnitatibus, vel 2. A cunctis, & 3. ad arbitrium?

»Ad tertium missa votiva celebranda est sine sequentiæ, & cum orationibus temporariis congruentibus ex eodem decreto; & ita censuit, & servari mandavit Sac. Rit. Cong. hac die 18. Junii 1689. A. Card. Cibo. Loco Sigilli. Bernardinus Cavalus Sac. Rituum Congr. Secret.

Unde caute lectura est expositio dicti decreti de die 12. Julii 1664. facta in rubricis breviarii Franciscani sub n. 33. nempe recitandum esse supradictum officium, ut in die, id est, cum Alleluja, quia in die dicitur Alleluja; cum ex supradictis clare, & expresse constet diversam fuisse mentem, & concessionem dictæ Sacre Congregationis; tum quia si contingat recitari dictum officium inter septuagesimam, & feriam 4. cinerum, non potest congruere supradicta expositio, id est, cum Alleluja, quia dicto tempore non dicitur Alleluja.

Ad horas saltem, quæ recitantur in choro, debent ardere duæ saltem candelæ in altari. Sac. Rit. Congr. 7. Augusti 1594. apud La Croix lib. 6. part. 2. n. 2055. Decret. 31.

Assignantur officia Beatissimæ Virginis Mariæ in toto statu Ecclesiastico ex obligatione celebranda de mandato SS. D. N. Benedicti XIII. sequenti decreto.

»Sanctissimus Dominus noster Benedictus XIII. benignè indulisit, atque concessit; ut in toto Ecclesiastico statu ab omnibus utriusque sexus, tam secularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur, sequentia officia B. M. V. in ejus respective festivitatibus recitari, & missæ celebrari debeant. Videlicet 1. Die 23. Januarii Desponsationis B. M. V. cum S. Joseph. II. Feria 6. post Dominicam Passionis de Septem Doloribus B. M. V. III. Die 16. Julii B. M. V. de Monte Carmelo. IV. Dominicæ secunda Novembris Patrocinii B. M. Virg. V. die 10. Decembris Translationis Sacre Domus Lauretane, VI. Et die 18. Decembris Expectationis partus B. M. V. Et ita declaravit, ac servari mandavit die 23. Augusti 1725. F. Card. Paulutus Prefectus. Loco Sigilli. Nicolaus Maria Teseschi Archiepiscopus Apamen. Sac. Rit. Congr. Secret.

116 Adducuntur ad rem varia dubia proposita in Sac. Rituum Congregatione à Capitulo Cathedralis Collensis, & resoluta ut infra.

1. An recitatio officii Beatissimæ Mariæ Virginis de Monte Carmelo possit (ut pluribus in locis sit) transferri in Dominicam sequentem diem decimam sextam Julii?

2. An Cathedralis Collensis, quæ per triginta circiter annos recitavit officium S. Artemiæ Virginis, & Martyris die secunda Junii, eo quod in ea asserveretur corpus, possit talem recitationem continuare?

3. An occurrere in feria tertia Rogationum festo simpliciter in Cathedrali, & Collegiata, sint cantandæ duæ missæ?

4. An in absolutioibus in die commemorationis omnium fidelium defunctorum, sit dicenda tota conclusio in Oratione?

5. An in expositione, & depositione SS. Sacramenti, etiam causa devotionis, sit addendum Alleluja ad versiculum, *Panem de Colo?*

6. An Parochus duarum ecclesiarum unitarum debeat de ambarum Patrono, & Titulari recitare officia juxta rubricas?

7. An in anniversario occurrente in festo duplici secunda classis, possit cantari missa de *requiem?*

8. An in duplicibus primæ classis, presente corpore, possit defunctorum missa cantari? Et an dici possit una missa privata deficientibus Clericis in choro?

9. An infra Octavas privilegiatas possit cantari missa defunctorum in anniversario, & officio solemniter?

10. An in die anniversarii, & depositionis possit cantari defunctorum missa loco conventualis, ut rubrica innuere videtur?

11. Quando in mense Novembris sunt eadem die ponenda plura initia Prophetarum, an sit tantum dicenda unica lectio?

12. An poni possint plura tribus initiis unica die?

13. An ubi sunt plura officia habentia primas lectiones proprias, possint omitti aliqua ex dictis initiis?

14. An in Dominicis Adventus, & Quadragesimæ, in quibus fit de duplici primæ classis, sint cantandæ duæ missæ?

15. An quando ab aliqua Congregatione dicitur totum officium Defunctorum, dici debeat ut secunda die Novembris, omitendo psalmos post vespères, & matutinum positos?

16. Si anniversarium anticipetur, aut postponatur per aliquot dies, an possit dici missa, ut in anniversario?

17. An occurrente festo S. Marci infra octavam Paschatis, in missa Rogationum sit dicendum *Credo?*

18. An deficienti Subdiacono pro missa solemniter possit per Superiores substitui constituti in minoribus ad cantandam Epistolam, paratus absque manipulo?

19. An Sacerdos missam celebraturus, transiens ante altare, ubi sit populi communi, debeat permanere genuflexus, donec & quousque terminetur communio?

20. An officium Defunctorum pro secunda die Novembris, possit recitari etiam presente Episcopo, ante completorium dicti festi omnium Sanctorum?

21. An in Cathedrali Collensi, quæ habet privilegium recitandi officium Sanctæ Crucis qualibet sexta feria non impedita, possit cantari unica missa cum commemoratione Sanctæ Crucis, quando in dicta feria sexta occurrit feria, quæ habet missam propriam?

22. An sit teleranda consuetudo, quod Hebdomadarii, aut alius Canonicus post processionem in festo S. Agathæ Virginis & Martyris, stans ad altare majus benedicat populum, habens tantum superpellicem, & stolam, sicut in aliis processionibus, in quibus circumferantur aliquæ reliquæ cum *alba, stola, & piviali?*

Dicta Sacra Rit. Congreg. in Collen. die 5. Julii 1698. Respondit.

Ad 1. Negative.

Ad 2. Doceant, an sit descripta in martyrologio, & de ejus identitate.

Ad 3. Negative.

Ad 4. Negative.

Ad 5. Negative. Hæc resolutio non est intelligenda de tempore Paschali, nec de diebus infra octavam Corporis Christi; Merati in 2. indice decretorum n. 200. ex decreto anni 1505. 20. Januar. & 1. Sept. 1730.

Ad 6. Pro utroque Titulari affirmative, maxime si ecclesie sint præque unice.

Ad 7. Negative.

Ad 8. Negative in omnibus.

Ad 9. Negative.

Ad 10. Negative.

Ad 11. Affirmative.

Ad 12. Negative.

Ad 13. Occurrente legitima causa, affirmative.

Ad 14. Negative.

Ad 15. Negative. Hæc resolutio confirmata fuit 23. Junii 1737. 3. Aug. 1737. & 8. Maii 1738.

Ad 16. Affirmative.

Ad 17. Negative.

Ad 18. Data necessitate, posse permitti.

Ad 19. Negative.

Ad 20. Affirmative. Hæc resolutio spectat ad Cathedralis ecclesias tantum; Merati in 2. indice decretorum n. 206. & 220. ex decreto 1. Septembris 1607. & 22. Jan. 1701.

Ad 21. Negative.

Ad 22. Posse permitti.

ARTICULUS IV.

Quoad ea, quæ concernunt ordinem, tempus, locum, situm, & habitum recitandi divinum officium.

SUMMARIUM.

1. In recitandis horis canonicis servandus est ordo ex præscripto ecclesie in breviario signatus.
2. Ordo recitandi horas canonicas publice in choro servandus.



- mandus est sub mortali.
- 3 Extra chorum autem, & privatim solum sub veniali, secluso contemptu, vel scandalo.
  - 4 Immo interveniente aliqua causa rationabili, neque erit peccatum veniale integras horas transponere, & dictum ordinem invertere.
  - 5 Assignantur tales justa, & rationabiles cause.
  - 6 Qui absque rationabili, & justa causa incipit officium sequentis diei, nondum finito officio diei presentis, peccat venialiter.
  - 7 Si autem id fiat ex rationabili, & justa causa, non peccatur nequidem venialiter.
  - 8 An autem sit, & quod peccatum, matutinum, & laudes non recitare ante celebrationem missæ, remissive.
  - 9 Tempus pro absolvendo toto divino officio à matutino ad completorium ex primæ institutione incipit à mediâ nocte præcedenti usque ad mediâ noctem sequentis diei.
  - 10 At vero ex communi praxi, & consuetudine potest nunc licite anticipari, & recitari matutinum cum laudibus vesperti pridiæ.
  - 11 Quamvis hora vesperti pridiæ inchoari possit matutinum.
  - 12 Per unicam recitationem matutini, & laudum non potest satisfieri obligationi pro hac die presentis, & pro die sequenti.
  - 13 Tempus statutum, & habile pro implendo toto divino officio unius diei terminat in mediâ nocte sequenti.
  - 14 Tali tempore elapso, cessat obligatio officii recitandi illa die; & si nondum fuerit ei integraliter satisfactum, non potest amplius statim transacta dicta mediâ nocte fieri.
  - 15 Assignatur tempus proprium pro singulis horis persolvendis iuxta suam primam institutionem.
  - 16 Assignatur tempus proprium, & accuratum pro singulis horis persolvendis iuxta jam receptissimam consuetudinem.
  - 17 Vesperæ possunt licite sine ullo peccato privatim recitari post prandium etiam in quadragesima.
  - 18 Immo congruentius est nunc secundum multos vespere privatim recitare post prandium etiam in quadragesima.
  - 19 Pro publica recitatione horarum in choro servanda sunt tempora consueta ecclesiarum etiam sub mortali, nisi interdum adit justa, & rationabiles causa differendi, seu anticipandi.
  - 20 Pro privata tamen recitatione non sunt servanda sub mortali dicta tempora, sed erit solum veniale peccatum, quamvis notabiliter anticipetur, seu postponatur etiam sine ulla causa.
  - 21 Immo, aliquâ justa interveniente causa, neque veniale erit non servare statuta tempora in recitatione privata.
  - 22 Assignantur justa, & rationabiles cause, ob quas potest licite anticipari, vel postponi privata horarum recitatio.
  - 23 Aliqua iuxta interveniente causa non recitandi statuto tempore pro privata recitatione horarum, melius, & consultius est anticipare, quam posticipare; pro majori autem securitate regulares utuntur privilegio Apostolico concessò fratribus Almo-ribus.
  - 24 Qui non habent, non participant simile privilegium, nec aliquam habent justam causam horas anticipandi, vel posticipandi, debent pro viribus quaslibet horas etiam privatim statim temporibus recitare, & refertur ad id memorabile exemplum de quadam Eremita.
  - 25 Insuper adducitur ad id aliud terribile exemplum de B. Peregrino Archiepiscopo Colonien-.
  - 26 Officium divinum in cathedralibus, collegiatis, & ecclesiis regularibus choro additis recitandum est publice in ecclesia, seu choro.
  - 27 Quosnam autem concernat obligatio recitandi in choro, seu ecclesia, remissive.

- 28 Canonici tenentur recitare officium in choro, nec ipsis potest Episcopus concedere, ut officium in sacristia.
- 29 Potest tamen aliquando ex causa, veluti ob frigus, seu nimium calorem, extra chorum arbitrio Episcopi recitari divinum officium in diebus feriatis, in diebus vero festiis omnino recitandum est in choro.
- 30 Hinc tolerandum est, quod Canonici tribus mensibus annis frigidioribus recitent diebus feriatis matutinum in sacristia.
- 31 Privata horarum recitatio fieri potest in omni loco honesto.
- 32 Et secundum multos etiam in locis sordidis, & immundis, etiam dum venter exoneratur: quod tamen extra casum necessitatis non caret culpa veniali.
- 33 In choro, & publica recitatione divini officii servandus est situs, & habitus corporis, stando, sedendo, genuflectendo, præscriptus in rubricis, & hoc sub veniali.
- 34 In privata tamen recitatione potest sine ullo peccato non servari talis situs, & habitus.
- 35 Canonici in choro, vel in ecclesia divinis officii intererentes sine habitu canonicali, & superpelliceo, debent punctari.
- 36 Qui recitat matutinum pro feria secunda sequenti ante solis occasum diei Dominica, non debet genuflectere ad antiphonam finalem B. M. V. debet tamen genuflectere, si illud recitet post occasum solis.
- 37 Attendenda est ad rem Pontificia decisio, quæ offertur.

In recitandis horis canonicis servandus est ordo ex præscripto ecclesie in breviario signatus, ut videlicet recitetur primo matutinum ante alias horas, prima ante tertiam, tertia ante sextam, & hujusmodi, nec invertatur talis ordo, recitando v. gr. Primum ante matutinum, tertiam ante primam, sextam ante tertiam, & hujusmodi; Communis autem. Ordo recitandi horas canonicas publice in choro servandus est sub mortali; sic expresse post Marchant. Sporer tom. 3. tract. append. de horis canonicis cap. 2. sect. 4. §. 3. ante num. 131. & alii. Extra chorum autem, & privatim solum sub veniali, secluso contemptu, vel scandalo; Communis contra Vasq. de beneficiis cap. 4. §. 1. art. 1. ubi dicit peccare mortaliter, qui sæpe talem ordinem invertit: At certe, secluso contemptu, vel scandalo, etiam sine causa invertatur talis ordo, recitando v. gr. vespere ante primam, sextam ante tertiam, & hujusmodi, est solum peccatum veniale, quia talis ordinis inversio nec gravem continet deformitatem, nec de substantia divini officii quidquam imminuit; sic Sporer loc. cit. n. 131. testans esse communissimam Doctorem sententiam.

Immo aliqua interveniente rationabili causa neque erit peccatum veniale integras horas transportare, & dictum ordinem invertere, Communis. Causa autem rationabilis, & justa, seu sufficiens invertendi ordinem est, si quis sero veniat ad chorum, una hora jam integre finita, seu jam incepta; iste enim licite, & laudabiliter pergit cum aliis in choro psallere, postea horam, seu partem horæ omittam recitaturus: laudabilis enim est, statim cum choro psallere, & se illi conformare, quæ velle prius supplere, & interim chorum obsequio sue vocis defraudare; Navarrus, Toletus, Sá, & alii cum Layman lib. 4. tract. 1. cap. 5. num. 7. Sporer loc. cit. num. 132. & seq. La Croix lib. 4. num. 1309. Item si quis non habeat lectiones ad manum, potest interim licite recitare psalmos matutini, & laudum, & etiam reliqua, quæ habet, lectiones postea recitaturus: Communis cum supra citatis. Item si quis in itinere, vel alibi, ubi non potest commode expectare, non habeat brevium, sed solum diurnale, potest licite sine omni scrupulo interim recitare horas minores, postea matutinum recitaturus; Communis cum supra citatis. Item si quis ab amico, vel ab alio aliquo auctoritatis invidetur ad secum recitandas horas minores, cum ipse necdum recita-

verit matutinum, tunc si hoc negare non possit absque sui periculo, seu aliqua nota saltem inurbanitatis, poterit licite cum ipso minores horas recitare, postea matutinum recitaturus; Communis cum supra citatis.

Qui absque rationabili, & justa causa incipit officium sequentis diei, nondum finito officio presentis diei, v. gr. nondum dictis vespere, & completorio, recitat matutinum diei sequentis, peccat venialiter, quia licet ex illis non fiat unum officium, nec videantur inter se habere ordinem, tamen voluntas ecclesie est, ut prius persolvatur obligatio hujus diei, quam inchoetur alterius; Communis cum Suarez de oratione lib. 4. cap. 24. num. 3. Sporer loc. cit. num. 134. Si autem id fiat ex rationabili, & justa causa, non peccatur nequidem venialiter; Communis cum supra citatis, & aliis. Hinc si quis timeat sibi lucem diei defuturam pro matutino, potest ipsum licite prius recitare, nondum persolutis horis presentis diei, quas memoriter sine indigentia lucis potest recitare, dummodo non sibi suppetat modus habendi aliud lumen; & universaliter omnis causa sufficiens ad inversionem inter horas unius diei est sufficiens etiam hic: Gobat tom. 1. tract. 5. num. 666. La Croix loc. cit. num. 1315. Sporer loc. cit. num. 134. & alii passim.

An autem sit, & quod peccatum, matutinum, & laudes non recitare ante celebrationem missæ: Vide verb. Matutinum à n. 19. ad 21.

Tempus pro absolvendo toto divino officio à matutino ad completorium ex primæ institutione incipit à mediâ nocte præcedenti usque ad mediâ noctem sequentis diei. At vero ex communi, & jam recepta apud omnes consuetudine potest nunc licite anticipari, & recitari matutinum cum laudibus vesperti pridiæ; sic docente praxi communi, & tenente communissima doctorum cum S. Thoma quodlib. 5. cap. 8. ubi hujus praxis, & introductæ consuetudinis congruum hanc reddit rationem. "Quia solemnitas diei sequentis à vespere incipit, ideo merito casus obtinuit, ut post publicum officium, vespere, & completorium à meridie ordinari in ecclesiis jam persolutum ante horam quartam, & deinceps preces nocturnas inchoare liceat."

Quamvis autem hora vesperti pridiæ inchoari possit matutinum, habetur in tabella, quæ singulis annis in kalendario, seu directorio dari solet; & ubi non datur, potest observari tabella, quæ anno 1706. prodiit Romæ typis Cameræ Apostolicæ, & traditur à La Croix lib. 4. post n. 1314. Per unicam tamen recitationem matutini, & laudum non potest satisfieri obligationi pro hac die presentis, & pro die sequenti, ut clare patet ex propositione 35. inter merito damnatis ab Alexandro VII. die 18. Martii 1666. ibi: Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die presentis & crastina.

Tempus statutum, & habile pro implendo toto divino officio unius diei terminat in mediâ nocte sequenti; Communis. Hinc, tali tempore elapso, cessat obligatio officii recitandi illa die, & si nondum fuerit in integrum satisfactum, non potest amplius statim transacta dicta mediâ nocte satisfieri: quia recitatio divini officii dicitur penam cuiuslibet diei, & ideo terminus diei est & terminus officii legendi pro illa die, aliis non legeretur totum integrum officium eadem die; Communis contra Leandrum doctorem sufficere inchoare officium paulo ante mediâ noctem diei sequentis, & sine interruptione prosequi post mediâ noctem, eo quod omnes horæ sequentes efficiant unum totum integrale cum matutino, jam tempore habili incepto, licet transacta.

Tempus proprium pro singulis horis persolvendis iuxta suam primæ institutionem est illud, quod ipsis nominibus horarum præferretur, & in suis respective hymnis indicatur, videlicet matutinum circa mediâ noctem, laudes sub auroram, prima ad ortum solis, tertia tempore medio inter ortum solis, & meridiem, sexta in ipso meridie, nona tempore medio inter meridiem, & solis occasum, vespere ad solis occasum, completorium sub crepusculo nocturnum; Communis.

Cum autem hæc originaria distributio ab humanam fragilitatem, & multiplices occupationes jam dudum abierit in desuetudinem fere apud omnes (paucis rigi-

dioribus, & Observantioribus Religiosis exceptis) jam receptissima facta est consuetudo, ut tempus proprium, & accuratum habeatur pro matutino, & laudibus à pridiæ vesperti usque ad horam post ortum mane solent. Pro tertia ab ortu solis usque fere ad meridiem. Pro sexta, & nona etiam fere usque ad meridiem. Pro vespere extra quadragesimam à meridie usque ad occasum solis: in quadragesima autem (exceptis tribus primis diebus, & dominicis) ante meridiem, & prandium. Pro completorio à tertia hora post meridiem usque ad mediâ noctem.

Vespere tamen possunt licite sine ullo peccato privatim recitari post prandium etiam in quadragesima, quia rubrica, & cap. Solent 49. dist. 1. de consecrat. si quod continet præceptum, obligat solum respectu officii publice recitandi in choro, Gobat tom. 1. tract. 5. num. 688. Burgh. centur. 3. cas. 83. Loth. part. 4. §. 10. num. 4. La Croix lib. 4. num. 1316. cum Gavanti. Sanchez, & Stoix ibi citatis, Sporer loc. cit. num. 144. cum Bonartio, & Escobar ibi citatis. Reiffen. theolog. moral. tract. 6. dist. 1. quest. 6. num. 73. & alii. Immo congruentius est nunc secundum multos vespere privatim recitare etiam in quadragesima post prandium, quia ideo primitus recitabantur ante prandium, seu cenam, ne nimis diu differrentur, cum tum solum vespere cenaretur; cap. Solent 49. dist. 1. de consecrat. quæ ratio non amplius non militat, quia pia Mater Ecclesia ob corporis, & naturæ semper magis declinantem infirmitatem, refectorem illam tamquam prandium sumi indulsit in meridie, retento nomine cenæ, statuitque, ut in quadragesima vespere dicantur ante ipsam refectorem meridianam, cenam adhuc nuncupatam ob memoriam antiquitatis, & ordinavit, ut pro benedictione mensæ dicantur preces, ut in cena: unde cum ad conservandam dictam memoriam antiquitatis sufficit publica recitatio vespere in choro, congruum, & congruentius erit privatim recitare vespere suo congruo tempore, scilicet à meridie usque ad occasum solis, nisi recitatur extra quadragesimam; sic ex Bellarmino. Tamburin. in decalog. lib. 4. cap. 5. §. 4. num. 4. La Croix lib. 4. num. 1316. & alii, quibus etiam favent Gobat loc. cit. n. 688. Sporer loc. cit. num. 144. Bonartius, & Escobar apud ipsos, & alii docentes nullam adesse obligationem recitandi vespere privatim ante prandium, seu cenam in quadragesima.

Pro publica recitatione horarum in choro servanda sunt tempora consueta ecclesiarum etiam sub mortali, nisi interdum adsit justa, & rationabilis causa differendi, seu anticipandi: Sporer loc. cit. num. 144. & alii passim. Pro privata tamen recitatione non sunt servanda sub mortali tempora statuta singulis horis, unde quamvis notabiliter etiam sine ulla causa anticipetur, vel posticipetur talis privata recitatio, secluso scandalo, & contemptu, non est peccatum mortale, sed solum veniale, dummodo totum officium quacumque hora diei recitatum sit absolutum ante mediâ noctem sequentem; Communis.

Immo, aliqua justa, & rationabili interveniente causa, neque veniale erit, non servare statuta tempora in recitatione privata; Communis. Cause autem justæ, & rationabiles, ob quas potest licite anticipari, vel posticipari privata horarum recitatio sunt, v. gr. concio, vel lectio paranda, major commoditas studendi, major devotio, periculum impedimenti obventuri, iter obendum, & hujusmodi; sic Doctores passim cum Gobat loc. cit. n. 681. Sporer loc. cit. n. 146. La Croix loc. cit. n. 1313.

Recte tamen monent Doctores, quod aliqua justa, & rationabili interveniente causa non recitandi privatim horas statim temporibus, melius, & consultius esset anticipare, quam posticipare, seu postponere, nam, ut inquit Ugo à S. Victore apud Sporer loc. cit. num. 146. Ante horam orare providentia est, post horam negligentia; in hora obedientia. Pro majori vero securitate Patres undequaque præstantissimæ Societatis Jesu fruuntur privilegio Apostolico expresso his verbis apud Gobat loc. cit. num. 681. ibi: "Ratione itineris, aut alterius occupationis, quando creditur, quod cum majori



» devotione dicitur divinum officium, potest illud à nos-  
» tris recitari mane totum usque ad completorium: Uti  
» concessum fuisse fratribus Minoribus refert in compen-  
» dio privilegiorum fratrum Minorum, verb. Officium di-  
» vinum tertio, Cappuccini Annotatio lib. B. ibi: Possunt  
» etiam fratres Minores, qui ad horas canonicas tenen-  
» tur, sine scrupulo ratione itineris, vel alterius honeste  
» occupationis, quando creditur, quod tunc majori de-  
» votione officium recitabunt, dicere matutinum vespere  
» ante solis occasum, vel mane totum usque ad com-  
» pletorium inclusive. Ita concessum est per Sanctum  
» Pium V. Minoribus, ut refertur in compendio Socie-  
» tatis Jesu verb. Horæ canonicæ §. 2. & in manuscrip-  
» to privi. Minorum fol. 79. pag. 2.<sup>77</sup>

24 Qui tamen non habent, nec participant simile privile-  
» legium, nec aliquam habent justam, & rationabilem  
» causam horas anticipandi, vel posticipandi, debent pro  
» viribus quaslibet horas etiam privatim statis temporibus  
» recitare, semper præ tamen habendo, quod referunt  
» Joannes Andreas, & Abbas Panormitanus in cap. 1. de  
» celebratione missarum, & ex ipsis Gobat l. c. sub n. 681.  
» ibi: « Angelus Dei Sanctum quemdam Eremitam cibis  
» deficientibus alebat, & tempore uvarum ipsi quando-  
» que marcidis portabat. Interrogatus Angelus ab Ere-  
» mita, quæ sit tantæ diversitatis causa? Respondit An-  
» gelus, quod bonas portabat, quando dicebat officium  
» horis competentibus; agrestes vero, quando anticipa-  
» bat horam dicendi officium; marcidas, quando disse-  
» rebat ultra debitam horam, & hoc ideo, quia Eremita  
» non occupatur aliis exterioribus.<sup>78</sup>

25 Insuper attentius reflectere debent, quod ex Bzovio  
» ad annum Christi 1602. refert Monacell. tom. 2. tit. 16.  
» formul. 1. num. 6. de Beato Peregrino Archiepiscopo Colo-  
» niensi, qui post mortem cuidam Clerico illius ecclesie  
» apprensus, dataque manu, taquam tantum eam ardor absor-  
» buit, ut undique carnes ejus resolute dissuerent, & ossa  
» nuda vix hærentibus articulis remaneret. Ad quem Cleric-  
» us: « Cur te pestilens vorago constringit? Respondit  
» Nihil in me remansit utilione plectendum præter hoc  
» tantum, quia dum in Aula Regia constitutus, Imperia-  
» libus consiliis me vehementer applicavi, Canonicæ Syn-  
» maxis officia per distincta horarum spatia non persolvii;  
» mane quippe omnia coacervans, simul tota die nego-  
» tiiis seculari libertate vacabam; ob hanc itaque negli-  
» gentiam, ardoris hujus fero supplicium (hoc est in Par-  
» gatorio).<sup>79</sup> Hæcenus Monacell. ubi supra.

26 Officium divinum in Cathedralibus, Collegiatis, & Ec-  
» clesiis Regularibus choro additis recitandum est publice  
» in ecclesia, seu choro; c. 1. de celebratione. missarum, &  
» Clement. 1. eod. tit. Quosnam autem concernat obligatio  
» recitandi in choro, seu ecclesia? Vide sup. art. 1. n. 41. & 42.

28 Canonicus tenentur recitare officium in choro, nec ip-  
» sis potest Episcopus concedere, ut officium in Sacristia;

29 Sac. Congr. Episcop. in Segnina 12. Januarii 1604. Po-  
» test tamen aliquando ex causa, veluti ob frigus, seu ni-  
» mium calorem extra chorum arbitrio Episcopi recitari di-  
» vinum officium in diebus ferialibus, in diebus vero festi-  
» vis omnino recitandum est in choro; Sac. Rit. Congreg.  
» in Lunen. Sarzanen. 7. Mart. 1633. Hinc tolerandum  
» est, quod Canonicis tribus mensibus anni frigidioribus re-  
» cident diebus ferialibus matutinum in sacristia; Sac. Cong-  
» reg. Episcop. in una S. Severini 13. Septemb. 1641.  
» apud Nicolium in Florulis verb. Officium num. 19.

31 Privata horarum recitatio fieri potest in omni loco  
» honesto, juxta illud Psalmi 102. In omni loco Domina-  
» tionis ejus benedic anima mea Domino; Communissima  
» Immo Sanchez in consil. lib. 7. cap. 2. dub. 44. Angles  
» apud ipsum, Trullenchus, Caramuel, & alii apud Dian-  
» nam part. 10. tract. 11. resol. 33. Sporet loc. cit. n. 148.  
» La Croix lib. 4. num. 1320. & alii contra Sotum, Na-  
» varr. Bonac. Castropal. & alios excusant à peccato etiam  
» veniali recitantes horas privatim etiam in locis sordidis,  
» & immundis, etiam dum ventrem (♣ Potuisset L. Ferraris  
» ab hac exagitanda controversia abstinere ♣), seu  
» naturam exonerant; quia, dicunt ipsi, potest ibi mente  
» orari, ergo & voce, nec de se est irreverentia, Deus  
» enim ubique à se ipso, & Angelis laudatur, & oratio

dirigitur ad Deum sine ullo speciali respectu ad locum.  
» Ego autem non auderem à veniali excusare eum, qui  
» potens horas canonicas recitare in loco honesto, sine ne-  
» cessitate eas recitaret in dictis locis sordidis, & immun-  
» dis. Unde Tamburinus lib. 2. decal. cap. 5. §. 6. num. 2.  
» refert ex Molfesto quemdam, qui in locis immundis orato-  
» bat officium, in iisdem post mortem luisse penas. Audi  
» ipsum Tamburinum sic ibi loquentem: « Si locus ejus-  
» modi sordidus sine defectu eligatur ad horas recitandas,  
» aliasve preces, cum potest mundior eligi, aliquam irre-  
» verentiam committi probabile est; at si semel casu, vel  
» ex aliqua occasione in loco immundo reperiaris, orato-  
» ribenter, quia etiam in loco sordido orare est melius,  
» quam otiosum esse. Molfestus refert, quemdam, qui in  
» locis immundis orabat officium, in iisdem post mortem  
» luisse penas; & merito, is enim non ex amore non  
» cessandi à Dei laudibus in quocumque loco, sed for-  
» tasse temere, & sine defectu, cum alibi facile potuisset,  
» in locis sordidis sciam pensum persolverat.<sup>80</sup>

In choro, & publica recitatione divini officii servan-  
» dis est situs, & habitus corporis, stando, sedendo, genu-  
» flectendo, præscriptus in rubricis, & hoc sub veniali  
» propter uniformitatem, quam non servare in publica recita-  
» tione divini officii parit aliquale scandalum. Henno  
» tom. 1. tract. 1. in decal. disp. 1. quest. 3. art. 6. con-  
» clus. 1. Navarr. de oratione cap. 4. Suarez de oratione  
» lib. 4. cap. 27. num. 2. & alii, & consensit videtur La  
» Croix lib. 4. num. 1321. ubi ait, quod quando Navar-  
» rus dicit peccari venialiter, si id non observetur, loqui-  
» tur de oratione publica in choro, in quo peccatur venia-  
» liter potius ratione scandalum, quam cæremonia præter-  
» missa; unde ipse cum Tolet. Fillucius. Bonacin. Bass.,  
» Reginaldo, Castropal. & aliis ibi citatis vult, quod se-  
» dere, cum standum, vel genuflectendum est, per se lo-  
» quendo non sit peccatum, quia rubrica solum consilium  
» dat ad majorem devotionem, & reverentiam habendam.

In privata horarum canonicarum recitatione, quamvis  
» optimam & laudabilissimam sit se uniformare laudabili-  
» bus ritibus, & consuetudinibus observatis in publica  
» recitatione chori pro diversis divini officii partibus stando,  
» genuflectendo, sedendo, tamen absque ullo peccato po-  
» test quilibet divinum officium persolvere, sive stando, si-  
» ve sedendo, sive ambulando, prout ei liberit; Communis.

35 Canonicus in choro, vel in ecclesia divinis officiis in-  
» teressentes sine habitu canonicali, & superpelliceo de-  
» bent punctari; Sac. Rit. Congreg. in Lunen. Sarzan.  
» 3. Martii 1633. apud Sellium in Selectis canonic. cap. 3.  
» mun. 107. & Barbos. in Summa Apostolic. dec. verb. Ca-  
» nonici in choro num. 15.

36 Qui recitant matutinum pro feria secunda sequenti  
» ante solis occasum diei Dominicæ, non debent genufle-  
» tere ad Antiphonam finalem B. M. V. Gavant. de fin. of-  
» ficii cap. 22. num. 18. Debet tamen genuflectere si illud  
» recitet post occasum solis, quia ritus standi incipit à  
» primis vespertis Dominicæ, non à media nocte, adeoque  
» desinit in occasu solis ejusdem Dominicæ more Indul-  
» gentiarum: Idem ibid.

37 Attendenda est decisio Controversie inter Episcopum,  
» & Capitulum Cathedralis Papiensis edita à Bened. XIII.  
» 6. Julii 1726. Præterdente enim dicto Capitulo sine pe-  
» titione necessaria licentia Episcopi uti Indulto Sacræ  
» Congregationis Concilii, quamvis remisso ad arbitrium  
» Episcopi, recitandi certis anni temporibus matutinum  
» post completorium, & contradicente Episcopo, nunc  
» Archiepiscopo, tandem dicta Controversia extincta, &  
» decisa fuit die, & anno quo supra à Benedicto XIII. per  
» suum speciale Breve relatum à laudato Card. de Lambertis,  
» post felic. record. Summo Pontifice, loc. cit. volu-  
» mine 5. notificatione 19. §. 4. his verbis: Quod igitur  
» Dignitates, & Canonicos illos primus à beneficio ad  
» mensum, deinde à divinis suspendis, eo quod matu-  
» tinum officium, te contradicente, ac vetante, recitare au-  
» si fuerint post Vespertinas horas antecedentis diei, ob-  
» tentu interpositæ appellations, & rescripti Venerabilium  
» Fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardina-  
» lium Sacri Concilii Tridentini Interpretum, laudamus  
» consilium, zelumque Fraternalitatis tuæ &c. Propterea  
» cum

cum ex antedicta matutini officii recitatione ansam re-  
» pugnantè arripuerint Canonici, per præsentem etiam li-  
» teras declaramus, tue auctoritatis hæcenus fuisse, sem-  
» perque fore decernimus, potestatem iisdem Canonici facere,  
» sive licentiam impertiri, quoties, & quamdiu tibi  
» opportunitatem videbitur, antevertendi, statuis recitati-  
» onis temporibus.

## ARTICULUS V.

Quoad ea, quæ concernunt causas excusantes, vel non,  
» à recitatione divini officii.

## SUMMARIUM.

- 1 A recitatione divini officii excusatur in primis impo-  
» tentia quæcumque physica, vel moralis.
- 2 Qui inculpabiliter caret breviario, excusatur à reci-  
» tando illa parte divini officii, quam sine breviario  
» recitare non potest.
- 3 Non excusatur tamen à recitanda illa parte, quam  
» recitare potest ex diurnali habitu, vel memoriter  
» tenet.
- 4 Sic cæcus excusatur à legenda, seu recitanda illa  
» parte officii, quam non potest, nec memoriter scit.
- 5 At vero non excusatur ab illa parte, quam memori-  
» ter tenet.
- 6 Quæ ob oecritatem, vel aliam causam non potest offi-  
» cium recitare solus, tenetur ipsum recitare cum so-  
» cio gratuito, seu sponte se offerente, sive ante solis  
» fuerit sui socio, sive non.
- 7 Si autem sit beneficiatus, tenetur eo casu non solum  
» recitare cum socio se ultro offerente, sed insuper ip-  
» sum querere.
- 8 Immo beneficiatus, si habeat beneficium satis pingue,  
» tenetur eo casu non solum querere socium, sed etiam  
» ipsum pretio conducere.
- 9 Qui breviarium voluntarius & sponte abiecit, vel com-  
» buisit, vel aliis culpabiliter eo caret, tamdiu remanet  
» obnoxius peccato mortali omissionis divini offi-  
» cii, quamdiu de culpa commissa non penitet, nec  
» propositum satisfaciendi suo officio concepit.
- 10 Postquam autem penituit, & propositum satisfaciendi  
» quam primum poterit, concepit, tunc deinceps  
» omisio divini officii non imputatur amplius ei  
» ad culpam, quamdiu aliud breviarium habere non  
» potest.
- 11 Infirmus gravis, ob quam infirmus nequit recitare  
» divinum officium sine læsione sue valetudinis, vel  
» sine incommodo, vel incremento morbi, excusatur à  
» recitatione totali.
- 12 Non sic autem excusatur infirmitas levis.
- 13 Infirmus impediens infirmum ad recitandum o. g.  
» solum matutinum, non excusatur ipsum à recitatione  
» aliarum horarum.
- 14 In dubio an infirmitas sit gravis, vel levis, & an in-  
» firmus, seu convalescens possit sine gravi nocumen-  
» to recitare totum officium, vel partem, standum est  
» iudicio medici, vel superioris, aut viri prudentis,  
» & interdum etiam proprio.
- 15 Si autem nec supradicti, nec infirmus ipse possint  
» solvere dubium, sed adhuc illud permaneat, tunc  
» non tenetur infirmus tale officium recitare.
- 16 Regulares infirmi, valetudinarii, senes, aut aliis in-  
» validi, quando non possunt, nec sciunt se determi-  
» nare an licite possint totum, vel partem officii omi-  
» ttere, satisfaciunt præcepto, recitando Psalmos, Hym-  
» nos, Patet, & Ave, aut alia sibi à suis Superiori-  
» bus, aut Confessoribus assignata.
- 17 Infirmi omnes, qui ex recitatione divini officii veri-  
» timiliter credunt aliquem dolorem capitis, aut ali-  
» quam crudelitatem stomachi, vel virium lassitudinem,  
» aut etiam febrem tardius remissuram, excusantur à  
» præcepto illud recitandi.
- 18 Immo secundum multos tales infirmi non tenentur ad-  
» huc ad recitationem officii, quamvis bonam diem par-  
» tem confabulationibus expendant, atque etiam li-

» bro recreationis causa legant.

19 Item dum tales infirmi convalescunt, possunt ad  
» aliquos dies differre recitationem divini officii, &  
» aliquando incipere prius celebrare, quam recitare  
» illud.

20 Qui ob infirmitatem non possunt horas recitare de-  
» bito tempore, possunt autem commode sine nocumen-  
» to valetudinis recitare alio tempore, ante, vel post,  
» non excusantur à præcepto.

21 Alii autem sentiunt contrarium.

22 A recitatione divini officii excusatur omnis superve-  
» niens repentina, & impropria occupatio gravis, &  
» necessaria, seu multum utilis, que absque scandalo,  
» aut suo, vel aliarum gravi detrimento omitti non  
» possit, cum qua tamen recitatio officii in toto, vel  
» in parte consistere non potest.

23 Item à recitatione officii excusatur charitas, tum pro-  
» pria sui, tum etiam proximi, quando nisi offi-  
» cium totaliter, vel partialiter quis omittat, cogitur  
» aliquod grave incommodum adire, vel magnum opus  
» charitatis proximo negare.

24 Adducuntur hinc multa ad rem ex doctissimo Sanchez.  
» 25 A recitatione divini officii potest excusari Concionator  
» non satis paratus, qui debeat in Quadragesima  
» quotidie conciones habere, cum crederet non quotidie  
» obligandus.

26 At vero universaliter recitationem officii esse fere  
» semper impossibilem cum onere concionandi quoti-  
» die, ac proinde communiter excusari tales Concionatores,  
» ut scripsit Leander, merito negatur.

27 Adducitur ad id privilegium Apostolicum pro Regu-  
» laribus.

28 A recitatione divini officii excusatur metus gravis.

29 A recitatione divini officii excusatur legitima dispensa-  
» tio, seu privilegium.

30 Privilegium, & legitimam dispensationem non reci-  
» tandi officium concedere potest omnibus etiam Benefi-  
» ciatibus Summus Pontifex.

31 Episcopus per se de jure ordinario nequit talem con-  
» cedere dispensationem.

32 Potest tamen eam concedere ex consuetudine jam ubi-  
» que recepta.

33 Et hoc etiam ejus Vicarius Generalis.

34 Rationalis causa eam concedendi est, si dubitetur  
» de morali impotentia recitandi.

35 Superiores Regulares etiam locales dispensare pos-  
» sunt valide, & licite ob justam causam cum suis  
» subditis.

36 Assignatur disparitas inter dispensationem conce-  
» sam à Papa, & dispensationem concessam ab alitis.

37 A recitatione divini officii excusatur etiam Beneficiarius,  
» qui sine sua culpa privatur ad tempus notabili  
» fructibus sui beneficii, dummodo nec sit Religio-  
» sus professus, nec Sacris initiatus.

38 Impeditur recitare officium statis horis, vel temporibus,  
» tenetur anticipare, vel postea supplere.

39 Hinc qui mane præcideret se ob aliquod impedimentum  
» sibi superventurum non posse suo tempore recitare  
» horas pomeridianas, tenetur anticipare, & etiam  
» mane eas persolvere.

40 Item qui ob aliquod impedimentum non potuit officium  
» recitare suis propriis horis, & temporibus, tenetur  
» postea recitare intra eandem diem.

41 Qui ob aliquod impedimentum non potest recitare  
» totum officium, potest autem partem, tenetur ad  
» illam.

42 Qui per se ipsum non potest ex justa causa recitare  
» officium, non tenetur illud recitare per alium.

43 Qui uno die sive culpabiliter, sive inculpabiliter omi-  
» sit recitare officium, non tenetur alio sequenti die  
» supplere, seu recompensare.

44 De causis excusantibus à recitatione publica in cho-  
» ro, remissive.

45 Recitantes in fine horarum canonicarum orationem  
» Sacrosanctæ, quid consequantur, remissive.

A recitatione divini officii excusatur in primis impoten-  
» tia



tia quaecumque physica vel moralis. *Communis, argum.*  
 I. Impossibile 185. ff. de Regul. juris, cap. Nemo potest  
 6. de Regul. juris in 6. (Vid. lit. D. pag. 54. n. 54.  
 & pag. 60. col. 2. n. 14.)  
 2 Hinc, qui inculpabiliter caret Breviario, vel quia ip-  
 sum in itinere perdidit, aut ei furto sublatum est, vel  
 incendio, seu naufragio consumptum, excusatur à reci-  
 tanda illa parte divinæ officii, quam sine breviario reci-  
 tare non potest. *Communis.* Non excusatur tamen à reci-  
 tanda illa parte, quam recitare potest ex diurnali habitu,  
 vel memoriter tenet; unde tenetur ad recitandos psalmos,  
 & alia, quæ memoriter scit, licet ignoret, aut non ha-  
 beat lectiones, & similia, quia præceptum de recitandis  
 horis canonicis, cum sit virtualiter multiplex, est divisi-  
 bile, afficitque singulas partes. Henno tom. 1. disput. 1.  
 quest. 3. art. 3. concl. 2. Sporer loc. cit. num. 152. La  
 Croix lib. 4. num. 1200. Cardenas ad prop. 54. ex dam-  
 natis ab Innoc. XI. cap. 4. num. 30. Viva ad eandem  
 prop. num. 13. & alii communis, & probabilis arg.  
 cit. propos. 54. ex damnatis ab Innoc. XI. die 2. Mar-  
 tii 1679. ibi: Qui non potest recitare matutinum, & lau-  
 des, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur, quia  
 major pars trahit ad se minorem.  
 Si damnata ab Innocentio XI. est propositio, quæ  
 assertit, non teneri ad recitandam partem, qui totum  
 persolvere nequeat officium, non solum communis, &  
 probabilis, sed omnino certa est sententia, quæ ait te-  
 neri virum ecclesiasticum ad recitandam partem, quam  
 possit, dum nequeat integrum recitare. Atque hanc adno-  
 tationem subnectendam duximus, quia secundum Lucia-  
 na, & probabilistica principia, licitum est sequi opinio-  
 nem minus probabilem, ut ex artic. de Conscient. liquet;  
 ergo licet etiam hæc stabilita hypothesis opinionem illam  
 sequi, quæ à recitanda officii parte hominem absolvit,  
 non obstante Pontificia definitione; vides ergo consecutio-  
 nes, quæ ex probabilistiarum principis oriuntur.  
 Nequaquam ego trado ut communis, & probabilis,  
 quod est damnatum expresse ab Innocentio XI. in pro-  
 positione 54. ex damnatis ab ipso; sed contra, assero  
 quod sit communis, & probabilis opinio illorum, qui  
 docent teneri ad recitationem minoris partis divini officii  
 eum, qui non potest recitare majorem, contra eos qui  
 adhuc post damnatam propositionem defendunt contra-  
 rium, & sustinentes, suam assertionem non contineri ne-  
 que virtualiter in dicta damnata propositione, nam di-  
 cunt ipsi, ut propositio maneat virtualiter damnata ex  
 illatione, debet illatio esse evidens; ex hac autem sen-  
 tentia non inferitur evidenter propositio damnata, quia  
 Auctores hujus sententiæ assignant manifestum discrimen;  
 nam præceptum officii canonici continet mate-  
 riam dividuam, quæ dividitur in septem horas canonicas,  
 at vero præceptum, ut terminatur ad unam horam, v. g.  
 primam, quum terminatur ad primam, ut primam, præ-  
 ceptum illud continet materiam individuam, & quam una  
 pars primæ minor medietate non sit absolute prima, non  
 censetur moraliter ea minor pars; adeoque &c. Tum  
 quia, dicunt dicti Auctores, si v. g. ex prima dominicæ  
 essent læcerata duo folia, non esset obligatio illam exi-  
 guam partem recitandi; sic nec etiam si quis in matuti-  
 no feriale haberet psalmos, sed non lectiones; item nec  
 si haberet omnes psalmos omnium horarum, non autem  
 hymnos, capitula, antiphonas, & orationes; item nec si  
 memoriter sciret omnes psalmos, & carens breviario &  
 diurno nesciret hymnos, capitula, & orationes, teneretur  
 ad recitandos illos psalmos, quia ut sic, psalmi illi  
 non sunt matutinum, nec integra hora, cum hæc constet  
 psalmis, antiphonis, versiculis, lectionibus, & res-  
 ponsoriis, quæ videntur indivisibiliter præcipi, ita ut  
 præceptum respiciat omnia illa per modum unius, & si-  
 ne illis non videtur esse forma, & substantia talis horæ  
 à S. Pio V. præscripta; quas rationes, & alias etiam post  
 damnatam propositionem ab Innocentio XI. non pauci  
 Auctores, ut eruditus compertum, judicant adhuc pro-  
 babilis. Ergo vero assero, communis & probabilis esse  
 contrarium, arg. cit. propos. 54. ex damnatis ab Inno-  
 centio XI., non autem quod communis, & probabilis  
 sit illud, quod certissime damnatum est ab illo Ponti-

fice; ut injuria mihi atque falsò appingitur. †  
 Sic cæcus excusatur à legenda, seu recitanda illa  
 parte officii, quam non potest, nec memoriter scit. *Com-  
 munis.* At vero non excusatur à recitanda illa parte,  
 quam memoriter tenet. Sic *Communis & probabilis sen-  
 tentia,* cum supracitatis Doctoribus.  
 Qui ob cæcitatem, vel aliam causam non potest officium  
 recitare solum, tenetur ipsam recitare cum socio  
 gratuito, vel sponte se offerente, sive antea solitus fue-  
 rit uti socio, sive non; ita (contra Sanchez, & quosdam  
 alios dicentes nequidem teneri admittere socium sese ul-  
 tro offerentem, & contra Lessium, & quosdam alios as-  
 serentes non obligari, nisi antea soleret uti socio) Hen-  
 no loc. cit. concl. 2. Sporer loc. cit. num. 181. ubi testa-  
 tur sic tenere omnes alios communiter, quia talis adhuc  
 potest facile satisfacere suo officio; adeoque tenetur.  
 Si autem sit Beneficiatus, tenetur eo casu non solum  
 recitare cum socio se ultro offerente, sed insuper ipsum  
 querere; quia Beneficiatus ratione Beneficii strictius obli-  
 gatur ad recitationem officii, quam alii, quum obligetur  
 ex Justitia, ut possit percipere fructus Beneficii, adeo-  
 que strictius, quam alii, obligatur adhibere media con-  
 grua, ut est socium querere pro recitando officio: Na-  
 varr. de oratione cap. 11. num. 13. Henno loc. cit. Suarez,  
 Vasquez, Azorius, Reginald. Layman, & plures alii  
 cum Bonacina. disp. 1. de horis canonicis quest. 6. prop. 1.  
 n. 8. & Sporer loc. cit. n. 182.  
 Immo Beneficiatus, si habeat Beneficium satis pin-  
 gue, tenetur eo casu, non solum querere socium, sed  
 etiam ipsum pretio conducere pro recitando officio, quia  
 ex quo obligetur ex Justitia ad dictum officium, propter  
 quod fructus pingues recipit, tenetur partem ipsorum ex-  
 pendere in conducendo socio pro adimplendo tali debi-  
 to, cum sic commodum possit habere medium ad suam obli-  
 gationem adimplendam, à qua non excusatur, nisi rati-  
 one magni incommodi. Suarez, Moltesius, Castropal.  
 citati, & secuti à Sporer loc. cit. num. 183. Bonacina  
 loc. cit. cum pluribus aliis ibi adductis, Henno l. cit. &  
 alii contra Sanchez, Dianam, Tamburinum, & Gobat  
 tom. 1. tract. 5. n. 713. volentes, Beneficiatum non obli-  
 gari socium pretio conducere, eo quod hoc medium sit  
 nimis extraordinarium. Qui breviarium voluntarie, &  
 sponte abiecit, vel combussit, vel alias culpabiliter eo  
 caret, tamen remanet obnoxius peccato mortali omis-  
 sionis divini officii, quamdiu de culpa commissa non po-  
 nitur, nec propositum satisfaciendi suo officio concepit.  
*Communis.* Postquam autem penituit, & propositum sa-  
 tisfaciendi quamprimum poterit, concepit, tunc deinceps  
 omisio divini officii non imputatur amplius et ad cul-  
 pam, quamdiu aliud breviarium habere non potest; quia  
 ex tunc omisio cessat esse voluntaria, tam in se, quam  
 in sua causa; & ipsi pro tunc est impossibilis recitatio;  
 ad impossibile autem nemo obligatur, l. Impossibili-  
 lium 185. ff. de Regul. juris, & cap. Nemo potest 6. de  
 Regul. juris in 6. Et sic tenet *Communis Doctorum,* teste  
 Sporer l. c. n. 152. (Sup. n. 1.)  
 Infirmus gravis, ob quam infirmus nequit recitare  
 divinum officium sine læsione suæ valetudinis, vel sine  
 incommodo, vel incremento morbi, excusatur à recitatio-  
 ne totali. *Commun. argument. cap. Clericus 2. dist. 91.*  
 Non sic autem excusatur infirmus levis. Vide verb. Infirmus  
 n. 5.  
 Infirmus impediens infirmum ad recitandum v. g. 13  
 solum matutinum, non excusatur ipsum à recitatione alia-  
 rum horarum. Vide ibi n. 6.  
 In dubio, an infirmus sit gravis, vel levis; & an  
 infirmus, seu convalescens possit sine gravi nocimento  
 recitare totum officium, vel partem; standum est judicio  
 Medici, vel superioris, aut viri prudentis, & interdum  
 etiam proprio. Vide ibi n. 7.  
 Si autem nec supradicti, nec infirmus ipse, possint  
 solvere dubium, sed adhuc illud permaneat, tunc non  
 tenetur infirmus tale officium recitare. Vide ibi nu-  
 mer. 8. & 9.  
 Scimus universim Theologos tradere, piam ac te-  
 nerimam matrem Ecclesiam nolle filios suos notabili pe-  
 riculo exponere, ideoque obligare nolle ad officium, vel

officii partem, si timeatur recitationem notabiliter noci-  
 turam; ne vero tam faciles sint homines ad obtinendum  
 officium infirmitatis prætextu, afferre hic placuit S. Caro-  
 rolli Borromei verba, quæ in IV. Mediolanensi Concilio  
 ab ipso celebrato reperitur: "Meminerit, inquit, qui  
 officio adstrictus est, si febris, morbove aliquo, vel ad-  
 versa valetudine aliquando laboraret, non justam propo-  
 siteræ excusationem habere, quamobrem illud intermit-  
 tit, omittat?" Ex quibus colligitur eruditè Theologi  
 tamdiu infirmitatem, vel febrem non censeri dispensare  
 ab officio, quamdiu non impedit, ne homo alia sua ne-  
 gotia gravia, atque molesta tractet. Expende itaque, num  
 dispensare ab officio licite possit, qui magnam diei partem  
 in confabulationibus, ac librorum lectione impende-  
 re solet? Is enim factò probat suo, se non ita esse ab  
 infirmitate oppressum, ut recitare officium nequeat sine  
 notabili damno. Atque hinc habes etiam, quam impro-  
 babilis sit altera opinio, quam Ferraris tuetur, de con-  
 valescente, qui ita officii recitationem differre possit, ut  
 prius valeat incipere sacrum facere, quam officium reci-  
 tare. In eo enim, qui celebrare possit, non ea virium  
 debilitas esse potest, quæ à recitando officio, præsertim  
 dum in variis illud horarum distribuat, ac in distinctis  
 diei horis absolvat, dispensare illum possit. Sed ut hæc  
 clarius intelligatur, placet regulas nonnullas præscribere,  
 quas Tournely continuatè exponit. Primo itaque nota-  
 tum, eum, qui totum non possit officium persolvere, te-  
 neri ad eam partem, quam recitare potest: hinc damna-  
 ta fuit ab Innoc. XI. anno 1679. hæc propositio n. 54. Qui  
 non potest recitare matutinum, & laudes, potest autem re-  
 liquas horas, ad nihil tenetur; quia major pars trahit ad se  
 minorem. II. Eum, qui non potest horas legere ipsa acce-  
 cessus die, regulariter teneri ad recitationem aliis die-  
 bus, cum his febris non corrumpit, quia tunc cessat, aut  
 suspenditur causa non recitandi. III. Longe tutius esse,  
 ut qui prævidet futurum ut propter febrem, aut aliquod  
 impedimentum, die sequenti recitare non possit, pridie  
 recitet matutinum, & laudes; qui enim ad minus aliquod  
 strictè obligatur, eo fungi debet cum potest; atque hanc  
 præveniendæ obligationem timorator omnium sensus,  
 & usus satis ostendit. Ita auctor Ethicæ amoris lib. 10. c. 27.  
 pro se adducens Lessium, Sanchezium, immo & Dianam.  
 IV. Eum, qui non potest solum recitare, teneri socium  
 sibi adsciscere, si commode possit. Quin & Suarez, Bon-  
 nac, alique, quibus stipulamur, existimant, Beneficiatum  
 cæcum v. g. teneri conducere socium, quo cum reci-  
 tet, si sufficientes ad hoc fructus esse Beneficio percipiat;  
 quia fructus percipit, ut officium persolvat; & per illos  
 sibi comparare potest medium persolvendi.  
 At, inquit aliqui cum Caramuele, posse officium  
 anticipare, vel officium legere cum socio, gratia est &  
 privilegium; nemo autem privilegio uti tenetur. Sed quis  
 non miretur futillibus hisce cavillis eludi graviora Eccle-  
 siæ præcepta? Anticipatio itaque, & socii usus, sunt pri-  
 vilegia, & gratia, eo sensu quod qui aliter facere possunt,  
 ad hæc non teneantur; non autem eo sensu, quod  
 qui nisi anticipet, aut socio utatur, recitare non poterit,  
 vel ab anticipatione, vel à comparando sibi socio, si  
 commode potest, abstinere possit. Idem sentiunt Navar-  
 rus, Pontas verb. Office ear. 16. Ceterum qui socium ha-  
 bere non potest, eam debet partem recitare, quam me-  
 moriter tenet: quia præceptum, quod ex toto non potest,  
 saltem ex parte impleri debet. Sic qui tota Quadragesima  
 jejunare non valet, aliquot saltem si potest diebus je-  
 junare tenetur: qui ne una quidem die jejunare potest, à  
 carnibus abstinere debet, vel ex toto, vel ex parte, prout  
 sinunt vires. Ex hisce principis colligunt aliqui, cano-  
 nicum surdum, & cæcum, adhuc teneri choro interesse,  
 ibique mentaliter orare; aut ea, quæ memoriter tenet,  
 secum recitare: quia licet cum aliis canoro nequeat,  
 cum aliis choro interesse potest, & magnam edificatio-  
 nis exemplum præbere. Vide Navarr. de orat. c. 19. auc-  
 tor. theor. & præv. tom. 3. q. 131. qui ibi docet, eum,  
 qui breviario caret, nec sciret memoriter, debere id  
 compensare oratione vocali, aut piis meditationibus: quis  
 enim, inquit, tenetur facere id, quod potest, ut Deo  
 secundum Ecclesiæ intentionem servitium præstet.

Regulares infirmi, valetudinarii, senes, aut alii 16  
 invalidi, quando non possunt, nec sciunt se determinare,  
 an licite possint totum, vel partem officii divini omitti-  
 tere, satisfaciunt præcepto, recitando Psalmos, Hymnos,  
 Pater, & Ave; aut alia sibi à suis Superioribus, aut  
 Confessoribus assignata. Vide ibi num. 10.  
 Infirmi omnes, qui ex recitatione divini officii vestigi-  
 similitè proventuram credunt aliquem dolorem capitis,  
 aut aliquam crudelitatem stomachi, vel virium lassitudi-  
 nem, aut etiam febrem tardius remissuram, excusantur  
 à præcepto illud recitandi. Vide ibi n. 14.  
 Immo secundum multos, tales infirmi non tenentur 18  
 adhuc ad recitationem officii, quamvis bonam diei partem  
 confabulationibus expendant, atque etiam libros re-  
 creationis causa legant. Vide ibi num. 15.  
 Item dum tales infirmi convalescunt, possunt ad aliquos  
 dies differre recitationem divini officii, & aliquando inci-  
 pere prius celebrare, quam recitare illud. Vide ibi n. 16.  
 Qui ob infirmitatem non possunt horas recitare debito 20  
 tempore, possunt autem commode sine nocimento  
 valetudinis recitare alio tempore ante, vel post, non excu-  
 santur à præcepto; vide ibi num. 17. Alii autem senti-  
 unt contrarium; vide ibi n. 18.  
 A recitatione divini officii excusat omnis superven- 21  
 iens repentina, & improvisa occupatio gravis, & nec-  
 cessaria, seu multum utilis, quæ absque scandalo, aut  
 stulto, vel aliorum gravi detrimento omitti non possit, cum  
 qua tamen recitatio officii in toto, vel in parte consistere  
 non potest. *Communis.*  
 Item à recitatione divini officii excusat charitas, tum 22  
 propria sui, tum etiam proximi, quando, nisi officium  
 totaliter, vel partialiter quis omittat, cogitur aliquid gra-  
 ve incommodum adire, vel magnum opus charitatis pro-  
 ximo negare; tunc enim ipse potest tunc conscientia  
 omittit de officio tantum, quantum erit necesse ad il-  
 lam. *Communis.* Unde ad hoc jurat hic expresse adduce- 23  
 re ad literam quæ habet doctissimus Sanchez lib. 7. con-  
 moral. c. 2. dub. 52. & etiam ad literam adducunt Gobat  
 tom. 1. tract. 5. num. 727. & Sporer loc. cit. num. 161.  
 ibi: I. Quando supervenit aliqua occupatio, quæ non  
 potuit præveniri, & nequit prætermitti sine scandalo,  
 aut gravi pena, aut aliorum jactura, & non computatur  
 in horas recitare, excusatur; ut si quis esset per totum diem  
 occupatus in audienda Confessione existentis in articulo  
 necessitatis, vel in vitando magno scandalo, vel in  
 componendis gravibus inimicitias, vel rixis ad arma cur-  
 rentium, ita ut tantum superes tempus ad eum, &  
 somnum. II. Sufficientes etiam causa est ad excusandum,  
 nisi quis ita esset impeditus circa infirmos, vel aliter, ut  
 nullatenus superes tempus ad commodè recitandum.  
 III. Boni Confessarii, quando magna esset peniten- 24  
 tium copia, vel instat dies ultimus Jubilei, vel præ-  
 cepti ecclesiæ, possunt licite omittit horas, si non  
 possunt recitare, nisi omittendo Confessiones quorundam  
 dam, qui non consequerentur Jubilæum, vel non ad-  
 implerent præceptum ecclesiæ. IV. Excusatur etiam,  
 vel lecturus lectionem oppositionum, in qua re pluri-  
 mum interest vel sua; vel Republicæ doctum se præ-  
 bere, si simul recitare non possit. Probantur hæc omnes  
 conclusiones, quia non obligat magis hoc præceptum,  
 quam præceptum audiendi Sacrum; sed hoc potest  
 omitti propter prædictas causas; item quod pro chari-  
 tate insitutum est, non debet contra charitatem militari.  
 Hactenus Sanchez probans singula variis aucto-  
 ritatibus.  
 A recitatione divini officii potest excusari Concionator 24  
 non satis paratus, qui debeat in Quadragesima quoti-  
 die conciones habere, cum crederet non quotidie ad  
 ipsas obligandus. Sporer loc. cit. n. 162. attestans hunc  
 casum inter excusantes communiter afferri: Et expresse  
 tenet Rosignolus de ordinibus ecclesiasticis part. 2. q. 6.  
 art. 28. num. 13. & sequentibus. At vero universaliter re- 25  
 citationem officii esse ferè semper impossibilem cum  
 onere concionandi quotidie, ac proinde communiter excu-  
 sari tales Concionatores, ut scripsit Leander quest. 37.  
 merito negant ipse Sporer loc. cit. & Gabant. loc. cit. nu-  
 mer. 627. in fine, asserentes nihil de hac impossibilitate  
 sei-



sciri in Germania, multosque alios operarios in vinea Domini per Europam, & maxime per Indias esse, ac fuisse distentos tantis laboribus ac curis, quantis illi Congregatores Quadragesimales, & tamen nec suo, nec aliorum iudicio fuisse exemptos a persolutione divini officii, unde iustissime ab Alexandro VII. die 24. Sept. 1665. fuit inter alias damnatas sequens propositio 21. in ordine: *Habens Capellaniam collatam, aut quodvis aliud beneficium ecclesiasticum, si studio literarum vacet, satisfaciis suis obligationi, si officium per alium recitet.*

Non adeo facile probantur Censoribus, quæ circa finem num. 24. n. 26. 27. & 28. confidenter à Lucio nostro afferuntur. Neque enim sufficiens esse videtur excusandi ab officii recitatione titulus legitimo oppositionum, dum plurimum interis homini se doctum præbere. Cavendum enim hic est, ne susceptum aut privatæ utilitatis causa, aut captandæ apud homines gloriolæ studium, causa sufficiens habeatur quæ à recitationis onere homines eximat; plus enim interest hominem ecclesiæ parere, obligationibus proprii status satisfacere, ac per ea, quæ ecclesiæ iudicio præscripta sint, ut apta media ad debirum proprii status perfectionem procurandam, ad hanc perfectionem tendere, quam se doctum ostendere, præsertim cum ostentatio hæc, aut vana gloria sit, aut inanis gloriolæ fomentum; quæ duæ res abesse omnino debent ab homine in Dei sortem vocato, Deoque consecrato. Ad Concionatores quod attinet; primum, non subsistit privilegium quod num. 27. decantatur: deinde etsi à Leandro, aliusque à Ferrario citatis, ut à recitatione excusentur, quibus felix saltem memoria concessa non sit; tamen novum hoc dispensationis genus, inquit Tournely continuator, nescierunt Apostolici viri, ut Franciscus Salesius, & Franciscus Xaverius, qui nunquam uti voluit licentiam sibi per Romanum Pontificem facta recitandi breviarium solito brevius; nesciunt etiam hodie qui Deum timent. Ex eo autem quod concionatorum quidam tardioris sint memoriæ, id unum sequitur eos ociosos, & diutius studium amplecti debere. Afferunt tamen casus, in quo possit aliquis studio officio præponere, puta si eras concionem habere debeas in die admodum solemnî, eamque sine notabili cum tui infamia, tum affluentis populi murmure, & scandalo omittere non possis, & ipsam ob gravia, quibus obrutus es, negotia, memoriæ mandare non poteris, nec mandaturus sis, si officium recites. Et is quidem casus satis est metaphysicus, cum vix concipi possit, quo pacto parum illud temporis, quod ad privatam officii lætionem sufficit, in concionis studio sit necessarium, ut aliqui concio memoriæ committi nequeat. Num. 28. dum excusatur ob metum gravem inter Hæreticos degentes, addendum est, modo occulte, vel memoriter nequeat recitare. Nam ita recitando cessat periculum; ex quo metus ille ortus statuitur.

In compendio privilegiorum Fratrum Minorum, & aliorum Mendicantium, & non Mendicantium verb. Officium divinum, tertio, Cappuccini Adnotatio lit. D. refert ut sequitur: *Frater Ordinis prædicationi verbi Dei, audientia Confessionum, & Sacræ Theologiæ, ac Sacrorum Canonum studiis insistentes ad suam, & animarum fidelium utilitatem, & qui occupantur infirmitate propria, aut infirmorum Fratrum curatione, satisfaciunt pro horis canonicis recitantes certum numerum psalmorum, per Priorem eis assignandum, numero non minus septem, aut sex cum devotione, aut Orationem Dominicam septies, & Symbolum Apostolorum bis, graviter autem ægrotantes Orationem Dominicam septies in die recitando septem horis canonicis similiter satisfaciunt. Ita concessum est à Clemente VII. Societati Clericorum Sancti Sylvestri & S. Andreae de Urbis, & aliis Theatini nuncupatorum, & refertur in compendio privilegiorum S. Hieronymi Hispan. collecto à Patre Garzia anno 1591. fol. 168. §. 70.*

A recitatione divini officii excusatur metus gravis, ut quando versantes inter Hæreticos, vel Infideles, seu per eorum loca transeuntes, ex recitatione horarum prudenter timent grave malum, seu notabile damnum in propriis, vel alienis bonis, puta iacturam vitæ, vel fortunarum: leges enim ecclesiasticæ non

obligant cum tanto periculo: *Communis.*

A recitatione divini officii excusatur legitima dispensatio, seu privilegium: *Communis.*

Privilegium, & legitima dispensationem non recitandi officium concedere potest omnibus etiam Beneficiatis Summus Pontifex: Gobat tom. 1. tract. 5. n. 729. Sporer loc. cit. num. 166. La Croix lib. 4. num. 1233. & Communis aliorum, arg. cap. Propositio 4. de concessione præbendæ.

Episcopus, quamvis per se iure ordinario nequeat talem concedere dispensationem, cum inferior nequeat per se loquendo relaxare legem superioris, c. Inferior 4. dist. 3. c. Cum inferior 16. de majorit. & obediens. & clem. Ne Romani, de election. Tamen ex consuetudine jam ubique recepta potest Episcopus ob rationabilem causam valide, & licite suis subditis dictam dispensationem ab brevis tempore concedere: Tamburin. lib. 2. decalog. c. 5. §. 8. n. 24. Sporer l. c. n. 167. La Croix l. c. Gobat l. c. & alii passim. Quam licentiam concedere posse etiam Vicarium Episcopi, tenent Gobat l. c. n. 714. & 729. La Croix l. c. & alii. Rationabilis autem, & iusta causa est, si dubitetur de morali impotentia recitandi: La Croix l. c. & alii passim.

Falsum est ex consuetudine ubique recepta Episcopos ab officio persolvendo dispensare homines solere, ac multo magis falsum est, posse id Vicarios generales, vel Regularium Superiores; satis enim nota nobis res est, pro huiusmodi dispensationibus ad solum Romanum Pontificem recurrendum esse, ac recurri solere; Romanum vero Pontificem Episcopi informationem exposcere, vel aliorum Superiorum, ut petitioni indulgeat. Nec Romani & Itali tantum Theologi ita sentiunt, sed etiam inter Gallos doctiores. Audiatur Cont. Tournely, qui laudat etiam Pontasium; Episcopi, inquit, ab officii recitatione dispensare non possunt; quia inferior in lege superioris non dispensat, nisi de ejusdem consensu: porro Ecclesiæ, Romanus Pontifex, nullibi legitur hujusce dispensationis facultatem Episcopis concessisse.

Falsum hic pronuntiat R. Theologus, ex consuetudine ubique recepta Episcopos ab officio persolvendo dispensare homines solere; ac multo magis falsum, posse id Vicarios generales, vel Regularium Superiores. Et tamen ultra citatos à me Auctores, id asserit etiam eruditissimus P. Antoine tract. de virt. Religion. c. 1. n. 4. ubi hoc habet: *Aliqui docent ex usu ubique recepto Episcopos & Superiores Ordinum posse dispensare cum suis subditis ad breve tempus, in dubio de morali impotentia recitandi; quibus ipse assentitur subdens: Et hoc videtur necessarium ad tollendas perplexitates & impediendum grave nocendum. At tunc Auctori Theologus noster satis superque fudit; ipsiusque theologiam moralem prout jacet cum dicta conclusione, tamquam suam jam bis Romæ typis tradidit.*

Superiores Regulares etiam locales dispensare possunt valide, & licite ob justam, & rationabilem causam cum suis subditis, *Communis.* Sic enim habent ex variis Apostolicis privilegiis, ut patet in compendio privilegiorum Fratrum Minorum verb. Officium divinum primo num. 10. & verb. Infirmi Fratres num. 6. 8. & sequent. & dictum est supra num. 16. & 17. & habetur etiam in compendiis privilegiorum aliorum Religionum.

Disparitas a utem est inter dispensationem concessam à Papa, & dispensationem concessam ab aliis, quod dispensatio concessa à Papa sine causa sit valida, licet illicita; dispensatio autem concessa ab aliis sine causa, nec sit valida, nec licita: Henno tom. 1. tract. 11. in decalog. disput. 1. q. 3. art. 10. conclus. 1. & alii communiter.

Cum Summus Pontifex nolle sine causa dispensare sit præsumendus; hinc dispensatio à recitatione officii ab ipso sine causa obtrahenda, censenda est subreptitia; & per consequens nedum illicita, verum etiam invalida.

A recitatione officii excusatur etiam Beneficiatus, qui sine sua culpa privatur ad tempus notabile fructibus sui Beneficii; dummodo nec sit Religiosus Professus, nec Sacris initiatus; arg. cap. Quia 15. de re scriptis in 6. Cum enim ibi dicatur, quod propter officium datur Beneficium; sequitur, quod cessantibus, sine culpa Bene-

ficiarii, fructibus Beneficii, non teneatur Beneficiarius ad officium, cum cessante causa cesset effectus; cap. Cum cessante 60. de appellatione. Tum quia, si iustum est, ut ille, qui altari inservit, de altari vivat, ex cap. Cum secundum Apostolum 16. de præbendis; ita etiam iustum est, ut qui de altari non potest vivere, altari non teneatur inservire; Henno loc. cit. concl. 5. & alii passim.

Impeditur recitare officium statis horis, vel temporibus teneatur anticipare, vel postea supplere, quia præceptum de officio persolvendo non urget solum suis correspondentibus horis, sed incipit à media nocte antecedenti, seu consuetudine à vespere pridie, & substantialiter durat tota die usque ad mediam noctem sequentem, ut dictum est supra num. 9. & 10. Est enim unum præceptum totius diei, & accidentaliter tantum propter mysteria representata una hora obligat pro hac parte diei, & alia pro alia parte, utique non ad finiendam, sed potius ad augendam obligationem, cum transacta illa hora, adhuc perseveret substantialis obligatio pro tota die usque ad mediam noctem sequentem; *Communis.*

Hinc qui mane prævidet, se ob aliquod impedimentum sibi superventurum non posse suo tempore recitare horas pomeridianas, teneatur anticipare, & etiam mane eas solvere; sic jam communior, & sine dubio probabilior, & tutior sententia Doctorem cum Sporer loc. cit. num. 171. Bonacia de horis canonicis q. 6. propositio 2. num. 2. & alii plurimi apud ipsum Gobat loc. cit. num. 711. Less. Sanchez, Tamburin. Diana, Suarez, Azor. & alii apud Sporer loc. cit. Item qui ob aliquod impedimentum non potuit officium recitare suis propriis horis, & temporibus, teneatur postea recitare intra eamdem diem; si enim, v. g. non potuit recitare ante meridiem matutinum, & laudes, ac horas minores, teneatur postea recitare quacunque hora poterit ante mediam noctem; *Communis.*

Qui ob aliquod impedimentum non potest recitare totum officium, potest autem partem, teneatur ad illam; *Communis, argum. cit. propositio. 54. ex damnatis ab Innoc. XI. adducta supra n. 3. Vide ibi.*

Qui pro seipsum non potest ex justa causa recitare officium divinum, non teneatur illud recitare per alium; *Communis.* Nullo enim iure constat talis obligatio recitandi per alium; tum quia obligatio recitandi officium est personalis, cui proinde per alium satisfieri nequit. Unde iure merito Alexander VII. damnavit inter alias propositio. 21. adductam super n. 26.

Qui uno die sive culpabiliter, sive inculpabiliter omisit recitare officium, non teneatur alio sequenti die supplere, seu recompensare; *Communis.* Cum enim onus recitandi officium qualibet die sit suæ cuique diei obligatum, transiente illa die, transit, & cessat etiam obligatio recitandi officium illius diei, nec potest eidem altera die satisfieri.

De causis excusantibus à recitatione publica in choro; vide verb. Canonicus art. 4. à numer. 33. ad 40. & verb. Distributiones pro 101. ubi abunde assignatur, quibus absentibus à choro debeantur, vel non, distributiones.

Recitantes in fine horarum canonicarum orationem Sacrosanctæ &c. consequuntur remissionem culparum in recitatione commissarum, ex concessionem Leonis X. Vide verb. Indulgentia art. 6. n. 11.

Officii divini recitatio imposita est Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis, expressa lege Ecclesiæ Occidentalis; Benedicti XIV. tom. 1. constituit. 129. incip. Eo quavis tempore §. 43. Simili consuetudo obtinet in Ecclesiâ Orientali, eamque legis vim habere decretum est. Idem ib. §. 44.

Officiorum divinorum ratio immutari non debet, ubi celebratio dierum festorum transferretur tantomodo pro commoditate populî; Idem constit. 148. incip. Nuper §. 3. Officia divina in primitiva Ecclesiâ de nocte celebrari consueverunt; Idem constit. 137. incip. Singularem §. 6. Sed ea disciplina deinde fuit utiliter immutata; Idem ib. officia hebdomadæ majoris die sunt celebranda; Idem ib. §. 1. Ad officia, & beneficia urbis doctorum exquirentia, non suffragatur gradus in externa universitate in posterum adeptus; Idem constituit. 106. incip. Inter conspicuos §. 29. Officia propria Sanctorum non conceduntur, nisi præcesserit saltem approbatio cultus. Item si non habeatur gesta authentica; Idem tom. 2. const. 29. incip. Jam pridem: In officii divini recitatione pro aliqua morali difficultate dispensanda, commutare potest Major Penitentiarius. Idem tom. 1. constituit. 95. incipient. Pastor bonus, §. 30.

OFFICIUM DEFUNCTORUM.

SUMMARIUM.

- 1 Officium defunctorum non prima, sed secunda die Novembris celebrandum est, iuxta consuetudinem universalis Ecclesiæ.
  - 2 Occurrense festo duplici minori, etiam translato in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, officium faciendum est de Sancto, missa vero celebrande sunt de requie.
  - 3 Idem dicendum est de die defunctorum Ordinis Minorum, & consequenter etiam aliorum Ordinum.
  - 4 Officium, seu matutinum defunctorum die Commemorationis omnium fidelium defunctorum non est recitandum vespere pridie, sed mane ejusdem diei. Vide tamen novissimum decretum.
  - 5 Officium defunctorum, & missa potest cantari in die Dominico, vel festivo, præsentem cadaverem; secus si jam sit sepulchrum.
  - 6 Non potest autem officium, & missa cantari etiam præsentem cadaverem in solemnitatibus prime classis, nempe Nativitatis D. N. J. C. Epiphaniæ, triduo ante & biduo post Pascha, Ascens. Pentecostes cum duobus sequentibus diebus, Corporis Christi &c. Et in die S. Pasche prohibentur etiam exequiæ, & quodcumque signum Defunitionis. Vide tamen novissimum decretum.
  - 7 Anniversaria, & missæ de requie relicta ex dispositione Testatorum (non autem ad placitum viciorum cantari possunt, etiam si occurrant in duplici majori).
  - 8 Officium, & missa defunctorum cantari potest cum primùm habita fuerit certa notitia de obitu cuiusvis Religiosi Ordinis, vel Provincia, etiam in duplici majori; secus vero in festa de precepto.
  - 9 Officium anniversarium, vel sepienarium, vel tricenarium defunctorum post obitum, si cadat in die Dominico, vel festivo, transferretur ad diem sequentem cum eadem solemnitate.
  - 10 Officium defunctorum ad consequendas Indulgentias in constitutione S. Pii V. concessas, debet recitari prima die cuiuslibet mensis non impleta.
  - 11 Ad officium defunctorum non teneatur etiam in choro illi, qui utuntur Breviario Romano.
  - 12 Teneatur autem ad ipsum in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum.
  - 13 Non utentes Breviario Romano teneatur recitare officium defunctorum secundum suas consuetudines, & peculiare constitutiones.
  - 14 Patres Ordinis Predicatorum teneatur sub mortali semel in hebdomada recitare officium defunctorum, vel in choro, vel privatim.
  - 15 Ad dictum officium non teneatur sub mortali etiam Moniales ejusdem Ordinis.
  - 16 Subnequitur Supplementa Auctoris, ad num. 36.
  - 17 Alia ad rem, remissive.
- Officium defunctorum non prima, sed secunda die Novembris celebrandum est iuxta consuetudinem universalis Ecclesiæ; Sacra Rituum Congregat. in Egliani.